[1] [26] Copia mandati regii die 23[a] Martii 1751 exhibiti de visitatione dioecesaneorum v[el] subalternorum.

Maria Teresia dei gratia Romanorum Imperatrix, ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniaeq[ue] Regina Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae, Stiriae, Carinthiae, et Carniloae, Comes Hambspurgi, Flandriae, Tirolis, Garintiae, et [cetera], fidelib[us] nostris universis, et singulis, reverendis, honorabilibus, spectabilibus, ac magnificiis, magnificis, item egregiis, et nobilibus supremis, et via comitib[us], judiciis [et] nobilium, et juratis assessoribus, totisq[ue] universitatis equorum cunq[ue] comitatum praesentis castellanis provisib[us] officialibus, ipsorumq[ue] cives gerentibus civitatum praeterea oppidorum, et villa[no]rum, ac aliarum quorumvis locor[um] magistris civium judicib[us] senatorib[us] juratis civitatib[us] et communitatib[us], prouti eccl[esi]arum quarumcunq[ue] et templorum parochis, aedituis, et inspectorib[us], eundis etiam aliis eujus cunq[ue].

[2] [27] Status, gradus honoris, dictinatis [sic!] et conditionis hominib[us] ubicumq[ue] constitutis et existentib[us], signanter vero dioe[ce]si Magno Varadiensi in spiritualib[us] subjacentib[us]. Praesentes nostras visuris lecturis, aut legi audituris salutem [et] gratiam. Quam fidelis, noster nobis sincere dilectus reverendus spectabilis ac magnificus Paulus Forgáts de Gemes Episc[op]us Varadiensis, et comit[a]tus Bihariensis supremus comes, nec non consiliarius noster intimus, universus et quas libet eccl[esi]as, templa, et parochias in p[rae]fata dioecesi Magno Varadiensi existentes ex incumbente sibi munere penes benignam praesentem commissionem nostram medio canonici nunc dictae eccl[esi]ae et archidiaconi cathedralis seu Bihariensis honorabilis quippe Francisci Ujjvári Abbatis B[eatae] Mariae virginis de Bihar visitare, in iisdemq[ue] sique abusus medio tempore irrepissent eosdem abrogare et omnimodos salutares animat[res]q[ue] [sic!] curae proficuos dispositiones facere cupiat: Ideo nos hoc ipsum salutate ipsius opus promotum esse volentes, et nunc Gloriae Dei augmentum propaga[ti]onem que zelantes, harum serie vobis quib[us]supra universis firmiter praecipientes committimus et mandamus, ut dum et quando praememoratus Abbas eum praesentib[us] benignis patentalibus litteris nostris ad peragendum Gattarum eccl[esi]arum templor[um], et parochiar[um] in antelata magno Varadiensi dioecist existentium visitationum vestri, *[3]* [28] in medium […] ad vos pervenerit, vosq[ue] aut vestrum aliquem cum eisdem convenerit. Et tunc vos Catholicam quidem religionem profitentes indiscriminatim, et absolute ac in liminate, Augustaneae vero et Helveticae Confessioni addicti, et signanter horum *ministri in hoc duntaxat, num eidem rite suos batizent?* [sic!] *Seu ad valide baptizandum sufficiente fiunt instruenti?* Ipsum Abbatem

non serum in hoc officio visitationis, et dispositionis rite exequendo nulla tenus turbate, impedire molestare, aut aeditum ad parochias, eccl[esi]as templa capellas universas et quas libet praestudere [prae]sumptis, et audeatis modo aliquali, quin oratoriis et capellis modalitate p[rae]d[ecessa] reseratis liberum ad easdem, eadem et iidem Abbati accessum p[rae]bere, atq[ue] clenodia ornamenta et quevis coram bona iidem p[rae]sentare eccl[esi]ar[um] p[ro]ventus detegere, ac indicare, ipsiq[ue] Abbati Archidiacono ac hominib[us] ejusdem, fiunt, bonos et pios Cristianos decet, reverenter, omni favore, ope et auxilio assistere praestoq[ue] adesse imo hospitalitatis etiam studia exhibere debeatis, et teneamini Reg[ali] perlec[tione] exhibenti restitutis datum in Archiducti civitate nostra Viennae August[ae] die 23 Maii 1751.

Maria Teresia manu propria comes Leo[poldus] de Nadasd, And[reas] Moritz manu propria. Ex G[enera]li Co[mi]t[a]tus Bihariensis congrega[ti]one die 29. Mai[i] In oppido Várad Olaszi celeb[rata] 1752.

Extradatur per ordinarium Co[mi]t[a]tus juratum notarium Ladislaum Hegyi de eadem manu propria.